

Urbanus^a episcopus seruus seruorum Dei dilectis in *Christo* filiabus abbatisse et conuentui monasterij sancte Marie in Watzsteno^b sub regula sancti Augustini et uocabulo sancti Saluatoris uiuentibus Lincopensis^c diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Deuocionis uestre sinceritas et religionis integritas, de quibus nobis fidedigna perhibentur testimonia, promerentur / ut petitionibus uestris, presertim in hiis, que cultus diuini decorem et augmentum respiciunt, fauorabiliter annuamus · Hinc est, quod nos dilecte in *Christo* filie nobilis mulieris Catherine^d recolende memorie Birgitte^e relicte quondam Vlfonis^f de Vlfasom^g militis vidue nate / et vestris supplicationibus inclinati / ut tempore interdicti seu cessacionis a diuinis generalis vel specialis a iure vel statuto vel ab homine indictorum seu^h prolatorum, que de facto in matrice seu cathedrali ecclesia non seruantur, possitis seu in monasterio uestro degentes possint se conformare cum ipsa matrice seu cathedrali ecclesia publice celebrando diuina | et interdictum huiusmodi non seruando absque excommunicacionis et irregularitatis metu aut alterius pene seu sentencie cuiuscumque / uobis licenciam concedimus de gracia speciali · non obstantibus constitutionibus apostolicis, statutis et consuetudinibus quibuscumque · Nulli ergo omnino hominj liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire · Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius se nouerit incursum · Datum Rome apud sanctam Mariam in Transtiberim ij nonas Januarij, pontificatus nostri anno primo ·

Rubrik i *A*: Bulla Urbani vj quod tempore interdicti seu cessacionis a diuinis generalis vel specialis cum ipsa matrice seu cathedrali ecclesia possimus publice celebrare.

^a Priuilegium quod tempore interdicti non est cessandum a diuinis i *marginalen A*. ^b Vazsteno *B*. ^c Lyncopensis *B*. ^d Katerine *B*. ^e Byrgitte *B*. ^f Vlfphonis *B*. ^g Vlfphasom *B*. ^h Tillagt i *marginalen och här insignerat A*.

9894

1379 januari 4

Kyrkan Santa Maria
in Trastevere i Rom

Påven Urban VI tillskriver abbedissan och systrakonventet i S:ta Marias kloster i Vadstena i Linköpings stift av augustinregeln och av den orden som kallas den helige Frälsarens. Efter suppliker av brevmottagarna och av den välborna kvinnan Katarina, dotter till den framlidna Birgitta som var änka efter riddaren Ulf av Ulvåsa, medger påven att klostret inte, förrän dess inkomster och tillgångar vuxit så mycket att det kan försörja sig tillräckligt, behöver betala fjärdedelen eller annan del som lagligen och enligt sedvänjan tillkommer biskoparna, kyrkoherdarna, sockenkyrkorna, domkyrkorna eller andra platser eller personer av det som testamenteras till klostret eller det som har skänkts för begravningar och gravplatser. Beslutet påverkas inte av andra påvliga bestämmelser, statuter och sedvänjor.

Avskrifter: [*A*] i Liber privilegiorum monasterii Vadstenensis, hs A 19, fol. 28r–v, Sv. Riksarkivet; [*B*] i hs A 22, fol. 6v–7r, Kungl. biblioteket, Stockholm.

SDHK nr 11401.

Faksimil: Corpus codicum Suecicorum medii aevi, vol. XI (1950), s. 59–60 (av *A*).

Regest: Celsus Bullarium (1782), s. 140, nr 8.

Om bullan se T. Höjer, Studier i Vadstena klostrets och birgittinordens historia (1905), s. 95–96.

Urbanus^a episcopus seruus seruorum Dei dilectis in *Christo* filiabus · abbatisse et conuentui monasterij sancte Marie in Watzsteno^b sub regula sancti Augustini et uocabulo sancti Saluatoris uiuentibus Lincopensis^c diocesis salutem et apostolicam benedictionem · Religionis zelus et regularis obseruancia, que, sicut accepimus, in monasterio uestro uigent, meritaque uestre deuocionis · quam eiectis^d mundanis illecebris virtutum Domino uite spiritualis exercicio sub perpetua clausura exhibetis, nos inducunt, ut uos specialibus gracijs et priuilegijs muniamus. Hinc est, quod nos uestris ac dilecte in *Christo* filie nobilis mulieris Catherine recolende memorie Birgitte^e relicte quondam Vlfonis^f de Vlfasom militis vidue nate supplicationibus inclinati uos et monasterium uestrum premissorum intuitu specialis fauoris et gracie prosequi uolentes / ut quartam vel quamcumque aliam partem seu porcionem de iure vel ex consuetudine debitam episcopis pro tempore existentibus vel curatis aut parrochialibus vel matricibus ecclesijs seu alijs quibusuis locis vel personis / de hijs, que uobis seu monasterio uestro qualitercumque donari vel legari seu relinqui in testamento vel alijs vltimis uoluntatibus contigerit, nec de funeralibus aut racione sepulture seu alias quouismodo dimissis, oblati vel donatis, non obstantibus constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus quibuscumque · donec forte tantum ipsius monasterij uestri^g redditus et facultates excreuerint, quod ex illis sufficienter sustentari possitis, nullatenus soluere teneamini, uobis et dicto monasterio uestro presencium tenore concedimus de gracia speciali · Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre^h concessionis infringere · vel ei ausu temerario contraire. | Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius se nouerit incursum. Datum Rome apud sanctam Mariam in Transtiberim ij nonas Januarii, pontificatus nostri anno primo.ⁱ

Rubrik i A: Littera bullata Urbani vj, quod monasterium quartam vel quamcumque aliam partem seu porcionem non tenetur curatis seu ecclesijs vel alijs quibuscumque persoluere et donare.^j

^aPriuilegium quod monasterium non tenetur soluere quartam et cetera i *marginalen A*. ^bVatzsteno B. ^cLincopensis B. ^dSå B; eiectis *överstruket och relictis tillagt i marginalen av senare hand A*. ^eByrigitte B. ^fVlfonis B. ^gSå B; så efter rättelse, sannolikt från tantum A. ^hPå rasur A. ⁱHärefter styckeavslutande tecken (fem punkter i korsformation) A. ^jHärefter styckeavslutande tecken (fem punkter i korsformation) A.

9895

1379 januari 4

Kyrkan Santa Maria
in Trastevere i Rom

Påven Urban VI tillskriver ärkebiskopen (Birger Gregersson) i Uppsala samt biskoparna (Nils Hermansson) i Linköping och (Tord Gunnarsson) i Strängnäs och meddelar att han efter klagomål från abbedissan och systrakonventet i S:ta Marias kloster i Vadstena i Linköpings stift av augustinregeln, av den orden som kallas den helige Frälsarens, fått veta att både andliga och världsliga personer av olika dignitet lagt beslag på klostrets